¶ Ad iudices accuſans eoꝝ prauam con
ſuetudinem ait. Uſquequo iudicatis
iniquitatem contradicentes legi quam
vobis dederam. prophetas iniurijs affici-
tis quos vobis miſeram. vſqꝫ q̊ extenditis
iniquitatez iudicij veſtri q̄ iniquū iudiciuz
facitis ſup me qui ꝓpter vos veni. q̄ vobis
tanta bona feci. quem occidere diſponitis
et vos o minores quare conſenti-
tis iniquis iudicijs maioꝝ quare cū
inſanientibus inſanitis.
Nolite ergo iudicare iniquitatē. ſed Iudi
cate recte ſcꝫ xp̄m egenum qui ſemper
terrenas facultates ꝯtempſit. q̄ cū eſſet di-
ues pro nobis fact⁹ eſt paup. et pupillū
qui ſibi p̄ſidium non queſiuit in terra. iudi
cate dico vt eum liberetis. et humilem ⁊
pauperem. i. iuſtum oſtendite et predi
cate.
Et vos minores qui plures eſtis Eripite
pauperem et egenum xp̄m ſcꝫ de ma-
nu maioꝝ ne ꝑmittatis eum ampli⁹ capi.
et de manu iude qui iniuſte perſecutus
eſt eum liberate.
Ego ita monui eos ſed t̄n ipi Neſcierūt
non cognouerūt xp̄m. et quare hoc quia
non intellexerunt. id eſt. non crediderūt
ſcp̄tū eſt enī niſi credideritis non intellige-
tis. et quare hoc quia in tenebris am-
bulant. in obſcuro vicioꝝ et cecitate infide
litatis detinebant. et ſignum dans prophe-
ta iudeis quo agnoſcant xp̄m ait. Moue-
buntur omnia fundamenta terre.
nam in eius morte terra mota eſt. et petre
ſciſſe ſunt.
Et tamen. Ego dixi ſi vultis credere ⁊ mā
data dei cuſtodire dij eſtis participatōe
gratie mee. O mira dei gratia cum ſol⁹ ſit
verus et ſubſtantialiter deus non inuidet
participiū noīs ſui hoībus. et filij excel-
ſi omnes per gratiam et adoptōem om-
nes quidem qui ſanctis iuſſionib⁹ acquie
ſcunt.
Uerba deflectit ad impios dicens. Uos
autem impij et increduli non eritis ſicut
dij viuentes vita eterna. ſed moriemini
ſicut homines peccatores in pecca-
to infidelitatis. et vos maiores ſuperbiam
veſtrā in xp̄m exercentes Cadetis in pfū-
dum inferni. ita irrecuperabilit̄ ſicut vn⁹
de principibus. i. dyabol⁹ q̄ d̄ celo ꝓiect⁹
corruit et penam ſue ꝑuerſitatis inuenit.
¶ Uos quidem cadetis. ſed tu Deus ex
urge de ſepulcro et iudica terrenos
illos iudeos. damna eos q̄ ita te crucifixerūt
quoniā his repulſis. tu hereditabis in
omnibus gentib⁹ ꝑ vna iudeoꝝ gente
que tibi quondā hereditas peculiaris ex oī
bus mundi nationibus fuit hereditatē ac-
cipies omēs gentes.

¶ Pſalmus. LXXXII. in quo mo
net iuſtos ad patientiam Prophe-
ta preuidēs xp̄m in maieſtate ma
gna venturum ad iudiciū et admi-
rans ait.

Domine quis ſimi
lis erit tibi cū ad iudiciū in ma
ieſtate tua magno angeloꝝ exerci
tu comitante venies. null⁹ ne taceas da
re in impios ſniam. ite maledicti in ignem
eternū nec aliqua miseratōne cōpeſca-
ris aut miteſcas a vindicta eorū. ſꝫ cōprime
eos pena etna. Propheta de pſecutōne an
tichriſti futura loquens ait.
Ne taceas dn̄e dico. Quoniaz inimici
tui antichriſti mēbra tumultuoſis ſeditio
nib⁹ ſonabūt ꝯdicētes doctrine tue et de
trahēdo tibi. et qui oderūt te extollēt
caput ſibi ſcꝫ antichriſtū q̄ tanta poteſtate
glorabitur vt ſe etiā deuz preſumat dicere
excelſum.
Super pplum tuū xp̄ianū maligno
aīo ſūt cōſiliati ad ꝑpli tui deꝑſſionez et
nō tantū ſūt ꝯſiliati. ſꝫ etiā cogitauerūt
q̄s eoꝝ peiorē ſniaz poſſꝫ dare. cogitauerūt
dico nō tantū aduerſus mediocres. ſed ad
uerſus ſanctos tuos
Et exhortantes ſe inuicem in ſuo conſilio
Dixerunt venite et diſperdam⁹ po-
pulum chriſtianum de gente. i. d ē. de
mundo. et non memoretur nomen
iſrael. id eſt. nomen chriſtianū vltra.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ecōñdens vnde erit eis tanta fiducia ope
randi malum dicit Quoniam erūt mul-
ti et vnanimes. quoniā cogitauerunt ſi
mul multi ſtudioſi omēs in vnā prauam
nocendi voluntatē ꝯcordantes diſpoſue
runt aduerſū te pactū firmū vt aduna-
to ſtudio perſequant̄ ſanctoſ tuos omēſqȝ
qui ab eoꝝ errore diſſentiūt et diſpoſue-
runt ad hoc homines terrena amā
tes et ſanguinem ſitientes. prauos ī
pios qui per habitantes in tabernacu-
lis idumeoꝝ et iſmahelitarum deſi-
gnantur ſm̄ eoꝝ interp̄tationes Prophe-
ta commemorat inimicos chriſti ſub voca
bulis gentium que impugnauerunt iſrael
iuxta interp̄tationes eorum. Moab. id ē.
homo abutēs lege. Agar. id eſt. homo alie
nus a deo. Gebal. homo ſimulans humi-
litatem. Amon. populus turbidus furio
ſus. Amalech. homo lingens terram. ſcȝ
fallaciter blandiēs Philiſtim. qui hic di-
cuntur alienigene. interpretantur caden
tes potione. id eſt. homines ebrij diuitijs ⁊
proſperitate ſeculi cum habitantibus
tirum quod interpretatur anguſtia. per
quod poſſunt intelligi poſſidentes et amā-
tes terrena propter que multum anguſtiā
tur. iſte ſunt gentes que diſpoſuerunt inter
ſe fedus pugnandi contra gloriam nomi-
nis tui contra ſanctos tuos et eccleſiam
tuam.
Et Aſſur qui interpretatur elatus ſuper
bus et ſignificat dyaboluȝ qui veniet cū
illis malis ad perſecutionem fidelium. et
hi omnes operante in ſe diabolo. facti ſūt
in adiutorium filijs loth qui interpre
tatur declinans. id eſt. in adiutorium ſatel-
litibus dyaboli q̄ a veritate declinauit
Iſti ita diſpoſuerunt contra te ſed tu domi
ne. Fac illis ſicut feciſti populis illis p̄-
ſecutoribus populi tui iſrael. ſcȝ Madian
et Siſare ſicut iabin quos omnes mi
raculoſe debellaſti p̄ p̄plm tuū iſrael iuxta
torrentem Ciſon
Diſperierunt iuxta fontē Endor et fa
cti ſunt vt ſtercus terre. quia eoꝝ ca-
dauera computruerunt. quia remanſerūt
inſepulta ſuper terram.
Pone proſterne et diſperge principes
inimicoꝝ populi chriſtiani ſicut oreb et
zeb et zebee ⁊ ſalmana q̊s etiā miracu-
loſe debellaſti per gedeonem et trecētos vi
ros cum eo.
Depone etiam domine omnes principes
eorum. Qui dixerunt ore et ope poſſi-
deamus ſanctuarium dei id eſt. po-
pulum ſanctum dei et hereditatem Deus
meus pone illos vt rotam vt in infer
nū celerrimo curſu deuoluantur et ſicut
ſtipulam ante faciem venti. vt ſicut
ſtipula omni vēto circumfertur ita illi vbi
qȝ diſpergātur.
Preterea mala ſentiant in preſenti in alia
vero vita. Sicut ignis qui comburit
ſiluam ex magna potentia et ſicut flā-
ma comburens montes ex ardoris
vehementia. ita perſequeris illos in
tempeſtate tua id eſt in iudicio qd̓ ſubi
to quaſi tempeſtas veniet. et in die vin-
dicte tue oſtendes te eis iratum pe
nam eternam eis inferendo.
Propheta poſtq̄ȝ petijt damnationeȝ ma
lorum modo petit conuerſionem ſaluan-
dorum dicens. Imple facies eorum.
ſcilicet perſecutorum qui preuiſi ſunt ad ſa
lutē. ignominia. id eſt fac eos ſibi et alijs
ignominioſos videri vt erubeſcant de pec-
catis. et ſic querent nomen tuum do
mine. vt fiant chriſtiani qui ante erant ob
ſtinati.
De malis obſtinatis qui conuerti nolunt
ait Erubeſcant de turpitatibus ſuis. et
conturbentur de penis duratiſ. in ſecu
lum ſeculi et confundantur in ani-
ma et corpore et pereant eternis tormē
tis.
Et tunc ſaltim cognoſcant per experi-
entiam pene inflicte. quia conuenit tibi
veraciter hoc nomen dominus. id eſt.
magnitudinem tue potentie cognoſcant
etiā ꝙ tu ſolus altiſſimus ſuper om
nes terrenos qui potens es conuerſis
parcere et obſtinatos eterna vltione dam-
nare.